



8
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE ACQVI=
RENDA VEL OMITTEN-
DA HAEREDITATE.

QVAS, AVSPICE DEO, SVB PRAESI-
DIO CLARISS. CONSVLTISSIMORVMQVE VI-
rorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io-
annis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in
celeberr. atque florentissimo iuridicæ facultatis apud
Vbios Collegio, pro laudabili & hucusque re-
cepta consuetudine publicè
tuebitur.

IOANNES GERCKINGH
AGRIPPINAS.

Anno Christiano MD, LXXII.

Ipsis Idibus Augusti.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

L

DE ACCOVI

PER DA WEL CMITTE

DA HARTITATE

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK

DE ATTIHO DEO SVIK



CONTINVATIO.

Superioribus aliquot disputationibus institutionis & deliberationis iuribus satis abunde q̄ discussis, restat ut de adeunda hereditate (sine qua ista omni iuris effectus carere certum est) nonnihil subijciamus.

THESIS I.

Adire hereditatem, hodie nihil aliud est, quam eam capessere, sc̄q̄, pro herede, id est, domino gerere, (a) quod licet in nuda eius qui adit voluntate consistat, (b) verbis tamen aut facto declarandum esse non dubito. (c)

(a) VV. cemb. in par. ff. h. t. num. 3. Azo in sum. C. tit. de iur. delib. col. 4. per l. Pro herede de 20. & l. Gerit 83. ff. h. t. §. fin. Inst. de hær. qual. & diff. (b) l. 2. & 3. ff. de Inrer. action. l. si auia C. de iu. del. d. l. Gerit, & d. §. fin. (c) l. Potuit C. de iur. del. cum ibi not. à Dd. d. l. Gerit. vbi Bart. ea enim quæ in animo consistunt tanquam occulta aliter quam per extrinseca probari nequeunt, l. Quidam in suo ff. de Cond. Inst. Mar. in rep. l. Is potest, num. 42. Gail lib. 2. obs. 128. nu. 10.

II.

Fit porro aditio non solum per nosmetipsos, sed & eos quos potestati nostra subiectos habemus, (a) siue seruos siue filios, iussu tamen nostro prauo. (b)

(a) l. Acquiritur 10. ff. de Acq. rer. dom. l. 2. & 3. ff. de Pet. hær. pr. tit. Inst. Per quas perf. nob. ac. (b) l. Si quis mihi bona §. Iussum, l. Qui in aliena 6. in princ. l. Antistius 62. §. si seruus ff. h. tit.

III.

Quem in seruo si fructuarij intuitu hæreres institutus sit superuacuum reor, quippè cuius solius iussu adire queat, (a) quod mihi Gl. & Bart. (b) refragantibus verius apparet.

(a) l. Aditio 43. §. fin. h. t. Alex. & Ias. num. 3. in d. l. Si quis mihi. Myns. in §. De ijs autè, num. 5. Inst. Per quas perf. (b) in d. l. Si quis mihi bona §. 1.

IIII.

In filiosam, quoad profectitiam hereditatem iuris antiqui seruaturs dispositio, (a) in aduentitia tamen ex quo proprietatis aduentitiorum filijs concessa est, (b) possunt ipsi vel inuito patre & ignorante, (c) aduentitiam hereditatem acquirere.

(a) Alex. in d. l. Si quis mihi §. Iussum, nu. 8. Bart. in l. Is qui hæreres, §. fin. ff. h. t. Azo d. l. Ias. in l. Cum proponas nu. 21. C. de hær. Inst. (b) §. Igitur liberi Inst. Per quas perf. (c) l. si. C. de bon. quæ lib. Bart. Alex. nu. 6. & com. Dd. in d. l. Si quis mihi §. iussum, Ias. in l. Bonorum C. Qui adm. ad bon. possess. poss. nu. 17. contra Ang. in l. 1. C. d. tit.

V.

Cuius occasione elegans resultat quæstio. Quid in Monacho herede instituto statuendum sit, possitne Monasterium ad exemplum filijsam, eo inuito hereditatem acquirere? Et licet quidam idem hic quod in seruo statuendum putent, (a) ego tamen hoc casu communi Dd. sententiæ adhaerendo affirmatiuam tuebor. (b)

(a) Atiq̄.

(a) Ang. & Imola in l. Si paterfamilias ff. de hæred. inst. (b) Bart. in l. i. col. 5. vers. Quæro quid si est institutus, vbi etiam Alex. nu. 21. & seqq. ff. de vulg. subst. Bald. in l. i. nu. 42. C. Quid adm. Dd. com. in l. Cum proponas, C. de hæred. instit. quos ibid. ad hoc refert, Iaf. num. 21.

VI.

Infans per se si solus sit de iure ciuili ad aditionem ineptus est, (a) in bonorum possessione de iure prætorio remedium habet, (b) alioqui viuentis nomine pater vel tutor solus adire potest, mortui vero facultas ad patrem iure singulari, (c) per tutorem autem ad nullos transmittitur. (d)

(a) l. Cum in vna §. Tutor ff. de Appellat. (b) quia eius nomine cõsanguineus vel amicus iudice adito bonorum possessionem petere potest. Alex. in l. fin. nu. 11. C. vnde cog. Bald. in Rubr. C. qui adm. nu. 16. (c) l. si infanti in pr. & §. 1. C. de iu. del. l. seruus 7. §. Impubes ff. de bon. poss. (d) d. l. si infanti, §. Sin vero, l. infantis, C. Qui adm.

VII.

Per hanc autem aditionem si læsus esse doceatur in integrum restitutionis ei suppetet auxilium. (a) Quod num ad hæredes infantis ante aditam hereditatem decedentis transmittatur, questionis est adeo controuersæ vt nonnulli Cæsar. exoptent decis. (b) Assertiua tamen crebriorem meruit calculum. (c)

(a) tex. est in l. fin. §. Vbi autem puerilis, cum seqq. C. de bon. quæ lib. (b) Bald. in d. l. Si inf. nu. 15. in fi. Ioan. Dil. de art. test. tit. 11. caut. 1. nu. 2. Gail lib. 2. obs. 131. nu. 9. (c) l. Qui duos 10. in pr. ff. de reb. dub. l. Pantonius 86. in pr. l. Cum quidam 30. in pr. ff. h. t. l. 1. C. de restit. mil. Bart. in l. non solum ff. de Rest. in int. & in d. l. Qui duos, in d. l. Pantonius, in d. l. Si infanti col. fin. vers. vltimo, vbi etiam Alex. nu. 8. & seqq. cont. Bald. ibid. §. Sin vero, n. 16.

VIII.

In impubere semina iudicij crescentis hoc operantur quod suo Marte prouisionem habeat, (a) & patre consensum abnuente solus adire possit, (b) licet hoc si tutorem habeat non admittatur, (c) transmissione autem ante aditam hereditatem nulla penitus obtinente. (d)

(a) potest enim iudice sciente & tutoris defectum supplente adire hereditatem d. l. Si infanti §. fin. l. Bonorum 7. C. Qui adm. ad bon. (b) l. fin. §. Sin autem in secunda C. de bon. quæ lib. (c) d. l. Bonorum l. Potuit C. de Iur. del. l. More 8. cum l. seq. h. t. tametsi lucrosa sit hereditas l. obligari 9. §. Pupillus ff. §. Neque, Instit. de aut. tut. Iaf. in d. l. Potuit. (d) d. l. Si infanti §. fin. vbi etiam Bald. nu. 18. in fine.

IX.

Quod quidem in extraneis hæredibus procedit, (a) in suis autem siue sciant, siue ignorant hereditatem sibi delatam, transmissionem ad quoscunque porrigi certi iuris est. (b)

(a) l. vn. §. In nouissimo C. de Cad. toll. l. Emancipata 4. C. qui adm. ad bon. l. Quonia C. de Iure delib. (b) l. 3. C. cod. l. Lucius 9. ff. de Iure fisci l. apud hostes C. de suis & leg. hæred. l. qui duos 10. §. fin. ff. de reb. dub. Bart. in l. Ex militari §. fin. ff. de Test. milit. in l. ventre, h. t. & in l. si infanti col. 3. vers. oppo. secundo C. de iu. del. Bald. in d. l. Apud hostes, in l. fratris 3. & in d. l. si infanti num. 15. latè, Ang. in tract. de Suitate quæst. 9. princ. num. 73. & seq.

In eman-

X.

In emancipatis hodierno iure maius est dubium, (a) idem tamen hic astruentibus resistendum existimo. (b)

(a) propter Auth. de hæred. ab int. venient. §. Nullam vero (b) Bald. in l. si fratris nu. 6. vbi etiam Cast. & Ias. nu. 1. circa fin. vbi comm. ait C. de Iu. del. Ias. in l. Si emancip. in fine C. de Collat. cont. Bart. in d. l. Ventre col. penult. vers. Quæro an hodie.

XI.

Hæc pari propemodum ratione puberem minoris et aetatem attingunt, patre siquidem recusante solus ad aditionem prodire potest, (a) at sine curatore inanem molitur operã. (b)

(a) d. l. fin. §. Sin autem in secunda, (b) in hoc enim aditus curatorem habens pupillo æquiparatur, secund. Gl. & Alex. nu. 5. in l. Impuberibus ff. h. t. & in l. 1. §. Fuit quæsitum n. 1. 3. ad Trebell. per text. in l. Si curatorem 3. C. de in int. rest.

XII.

Quem si non habeat efficacem quidem operatur aditionem, (a) sed restitutionis in integrum implorato beneficio tutus esse potest, si eam iuramento non firmauerit. (b)

(a) d. l. si curatorem, in n. Mar. d. rep. num. 153. in fine (b) text. est in l. 1. cum seq. Auth. C. Si adu. ven. l. Bart. in l. 1. col. 4. in fine C. de Resc. vend. & in d. Auth. Sacramenta col. 2. vers. Quæro vtrum per tale, in l. sciendum, col. 2. vers. iuxta prædicta ff. de verb. oblig. Alex. bid. nu. 34. & seq. Ias. nu. 33. cum seqq. Gail lib. 2. obs. 41. num. 5. & seqq. vbi com. refert.

XIII.

Porro tam in adeunda quam repudianda hereditate errore causa vitium committitur, (a) quod ne quidem generali libelli conclusionem purgatur, (b) citra causam tamen competentis præiudicium. (c)

(a) l. Is qui 15. cum 2. seq. l. si is 22. cum l. seq. l. Hæres 32. l. Sed et si 34. in pr. l. Pater 93 h. t. (b) l. habebat 13. in pr. ff. de Inst. act. on. arg. l. 1. C. de Furt. pulchrè Alex. vol. 1. conf. 121. n. 5. 6. 7. & 10. (c) cui per hoc renuntiasse minimè censendus est hæres, l. legitimam 8. ff. l. 3. C. de pet. hæred. l. Mater 19. ff. de Inoff. test. Mar. d. loco nu. 188.

XIV.

Quæstionis hinc est, vtrum hæres in libello designare debeat, an sit hæres ex testamento vel ab intestato? Et si à iudice vel aduersario obscuritatis non redarguatur negatiuè decidendum censeo.

l. si defensor 10. §. Illud ff. de pet. hæred. Ias. in §. Actionum nu. 191. Zas. num. 70. Myns. num. 129. & Schneid. num. 12. & seq. Instit. de action. Bart. in l. 3. ff. de pet. hæred. & in d. §. illud. Bald. in l. fin. nu. 4. C. de success. ed. quem seq. Cast. & Alex. in d. l. Si is 22. nu. 2. h. t. Mar. d. rep. nu. 187. Dd. in l. 1. ff. de Edendo Gail lib. 1. obs. 62. nu. 11.

XV.

Effectus aditionis est, vt hereditas pleno iure ad heredem deuoluatur, (a) que cum commoda simul & difficultates comprehendat, (b) eum etiam creditoribus hereditarijs obnoxium facit, (c) tamen si hereditas soluendo non sit. (d)

(a) l. Nihil

(a) l. Nihil est aliud 24. de verb. sign. l. hæreditas 63 ff. de R. I. (b) l. si hæreditatem 32. ff. mand. l. 3. in pr. de bon. possess. (c) l. fin. C. de hæred. act. l. vn. C. vt act. ab hæred. & cont. hæred. (d) nisi inuentarij beneficio hæres munitus sit, l. fin. C. de iu. del. Auth. de hæred. & falc. § Si vero non fecerit.

XVI.

Possessio tamen rerum hereditariarum in heredem absque vera & actuali apprehensione eius per aditionem non transfertur, (a) nisi consuetudine contrarium statuente eius continuatio introducta fuerit. (b)

(a) l. Si homo 35. ff. de vsucap. l. cum hæredes 23. in pr. l. qui vniuersas 30. §. quod per colonum ff. de acquir. poss. (b) c. ex literis, vbi Glof. in ver. signum ext. de consuetud. Castr. & Alex. in l. si forori nu. 3. & ibi Iaf. nu. 2. C. de iu. delib. Mynf. cent. 3. obser. 39. Gail lib. 2. obs. 129. in fine.

XVII.

Quæ adeo verâ sunt vt etiam vnius rei hereditaria apprehensa possessione cæterarum rerum eiusdem hereditatis non dicatur apprehensa possessio.

Glo. & Dd. præcipuè Iaf. in l. 3. nu. 30 & seq. de acq. poss. per l. 1. §. veteres, & l. Prædia, ff. cod. Bald. in l. 2. nu. 58. C. de seruit. & aq. Mynf. d. loco. Gail d. loco nu. 6. Zas. lib. 1. conf. 10. nu. 6. cir. fin. Dyn. in c. Beneficium, de R. I. in 6. nu. 35. & seq.

XVIII.

An autem ad possessionem consequendâ corporalis apprehensio & in suis desideretur Dd. disputant? Et licet communiter in affirmatiuam itum sit, (a) negantium tamen sententiam exercitij gratia propugnabo. (b)

(a) Bart. Bald. & Dd. cona. in l. cum miles ff. ex quib. caus. mai. Alex. in d. l. cum hæredes in pr. nu. 9. & seq. & in l. in suis nu. 8. ff. de lib. & posth. Gail d. loco nu. 2. & seq. (b) per text. in l. 2. §. Filium ff. pro hærede, & in d. l. cum miles 30. tenet Glo. in d. l. in suis, & in §. sed fui quidem Inst. de hæred. qual. & diff. Coraf. lib. 6. Miscel. cap. 12.

XIX.

Finitur aditionis facultas longissimi temporis 30. annorum præscriptione, (a) salus tamen bonorum possessionis intra annum vel 100. dies petitione. (b)

(a) text. est iuncta gloss. quam com. approbant Dd. in l. licet C. de iu. del. & ibi Bald. q. 3. Castr. Iaf. & Dd. com. Balb. de præscript. parte 4. q. 19. vbi plures refert & com. ait. Mar. d. rep. nu. 10. (b) Bald. in rubr. C. qui adm. nu. 14. & in d. l. licet nu. 5. in fi. Castr. in l. Quamdiu nu. 3. C. qui adm. & in l. fin. nu. 5. in pr. C. Vnde cog. Mar. d. loco.

XX.

Quod tempus num ad instantiam creditorum hereditatis iudex abbreviare possit quaesitum est? quod negandum puto.

l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de iu. del. l. 1. §. largius ff. de succ. ed. Bart. in l. si quis ita instituitur 23. §. 1. per illum text. ff. de hæred. inst. vbi per hoc mille processus deuastari posse ait, & in l. quamdiu. vlt. h. t. Iaf. in rubr. C. de succ. ed. num. 3.

Repr.

XXI.

Repudiatione quoque hereditatis expirat aditio, (a) quam cum ius accrescendi in se non recipiat, pro parte factam non valere assero. (b)

(a) toto tit. C. de rep. & abst. hæred. (b) l. i. vbi gl Bart. Ias. & Dd. com cum l. seq. l. si ex affe. 10. l. si solus. 80. h. a. l. Neminem 4 l. si cui 53 ff. de leg. 2. l. legatarius 38. in pr. ff. de leg. 1. Mar. d. rep. nu. 21.

XXII.

In feudo tamen ex pacto & providentia cū potius ex liberalitate & munificentia primi domini concedentis proficiscatur diuersum est, quod tamen in filio non recipitur.

text. est in c. vnic. An agn. vel fil. vbi Andr. de Isern. Aluar. & Dd. com. Bart. in l. vt iurisurandi §. si liberi ff. de op. libert. Bald. in l. qui se patris num. 10. C. vnde liberi. Couarr. lib. 2. resolut. cap. 18. Iac. de Belu. in c. 1. de eo qui sibi & hæred. masc. Mar. d. loco nu. 38. & in 10. disp. nu. 4. latè Hartm. Pistorius lib. 3. quæst. q. 2. nu. 6. & seqq. cont. plur. Dd. etiam de magis communi in contrarium attestantes, quos cumulatim vide apud Pincl. in l. 1. C. de Bon. mat. p. 3. nu. 84. cum seq. & apud Hartm. d. loco nu. 2. & seqq.

XXIII.

Nobilis hinc ac controuersa Dd. promanat altercatio. Num idem in legitima filiorum statuendum sit vt eam filius repudiat a patris hereditate retinere possit? Et ex quo legitima ei iure hereditario & titulo institutionis debeatur, (a) idem hic statuendum determino. (b)

(a) §. Aliud quoque capitulum Auth. vt cum de app. cognosc. (b) Bart. in l. Pro hærede §. 1. & in l. Gerit col. 5. vers. sed quæro ff. h. t. Cyn. Bald. & alij in l. Hæres institutus C. de Impub. & al. subst. Castr. Alex. nu. 3. & Ias. nu. 11. & seq. in l. 1. ff. h. t. Alex. in l. Quia poterat num. 10. ff. ad Trebel. Phan. de Phan. in tr. de inuent. part. 7. nu. 20.

XXIV.

Fallit si filio substitutus vulgaris datus, & filius legatis rerum suarum grauatus sit, hoc enim casu legitimam de bonis patris accipiens & residuum ad substitutum transmittens liberatur.

text. est sing. in l. si libertus patrono 41. vers. quid ergo ff. de Bon. liber. Alex. in d. l. Quia poterat, nu. 12. Bald. in l. Papinianus §. quarta ff. & in l. scimus in pr. in 5. quæst. C. de inoff. test. idem in l. Quamdiu 2. h. t.

XXV.

Succedit huic alia frequens q. Num Emphyteuta filijs vel heredibus patris hereditatem quam ere alieno grauata vident repudiantibus & emphyteusis concedatur retentio? Et si pro se & filijs expressè acquisita fuerit affirmatiuè decidendum puto.

quia succedit in ea vt filius vigore pacti non vt hæres Bart. in l. si tibi §. si pactus ff. de Pactis Bald. in auth. si quas ruinas num. 5. C. de SS. eccles. latè Mar. in d. rep. num. 22. Gail lib. 2. obseruat. 128. num. 18. Aluar. in c. 1. An agn. vel fil. num. 5. & 6. & ibid. Præpos. num. 3. com. test. Ias. in l. si non sortem, §. si libertus, nu. 35. ff. de cond. ind. & in l. Quod dicitur

citur 2. num. 29. ff. de verb. obl. in l. 2. num. 188. C. de iure emph. Clar. in §. Emphyteusis, q. 37. Io. Dil. de ar. test. tit. 11. caut. 10. Alc. de præsumpt. reg. 1. præf. 31. num. 2. & 3. Couar. lib. 2. resol. c. 18. num. 3.

XXVI.

Hæreditatis autem repudiationem, ea necdum adita interponi oportet, (a) quod quidem in extraneis hæredibus intelligi volo. suorum enim facultas hodierno iure ad certum modum redacta est. (b)

(a) semel enim adita hæreditas repudiari amplius nequit, l. sicut ubi Bart. Bald. Caslr. & Dd. comm. C. de repud. hæred. §. extraneis, Instit. de hæ. qual. & differ. (b) per l. fin. C. de repud. hæred. ubi Iaf. & Sich. nu. 2.

COROLLARIA

I.

Patrem, hæreditatem filio renuente, adire volentem, substitutum excludere.

textus est in l. fin. §. simili que modo C. de Bon. quæ lib. Bart. col. 6. & Iaf. nu. 44. in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. Bart. & Bald. in l. fin. in pr. C. de bon. quæ lib. & in l. Cum proponas C. de hæred. Instit.

II.

Suitatis existentiam confirmare pupillares tabulas.

Bart. Alex. Iaf. & Dd. com. in l. Si filius qui patri 12. de vulg. subst. & in l. Filius qui se paterna ff. h. t. per illos text. communem test. Ang. in tr. de Suitate q. 9. n. 6. & 7. & Mynf. ad princ. tit. de pup. subst. num. 10. Polit. in tr. de pupill. subst. num. 44. & 45. Roland. de Testam. rubr. 24. nu. 30. Fumæus in tract. de subst. nu. 60. cont. Vigl. in §. 1. num. 21. Instit. de pupil. subst.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
DE ACQVI
RENDA VEL OMITTEN
DA HAEREDITATE.

QVAS, AVSPICE DEO, SVB PRAESI
DIO CLARISS. CONSVLTISSIMORVMQVE VI
rorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io
annis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in
celeberr. atque florentissimo iuridicæ facultatis apud
Vbios Collegio, pro laudabili & hucusque re
cepta consuetudine publicè
tuebitur.

IOANNES GERCKINGH
AGRIPPINAS.

*Anno Christiano MD. LXXXII.
Ipsis Idibus Augusti.*



COLONIAE AGRIPPINAE L
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



68

